Abhinc, inquam, ut rem teneatis rectius, non Iovis quidem hodie, sed Apollin
jussu venio. Ille me huc misit humanâ matre natus, humano Patre, non minus
quam vestrûm quivis formidans malum. Iussu verò ab iusto Musarum Kirsiaca
Praeside jussus orator venio, ut hâc, quam gesto, virgulâ, ex orco Crispum
cam Sallustium, Scriptorem quondam planè Atticum, et selectissimum verborum
Pensatorem, qui quidem inde Demostheni propior habebatur, quam ipse Cicero
Iactet igitur suam virgulam Pallas, quâ nonnisi propitia juventutem tribuisse
Ulyssi, eandemq rursus illi ademisse fertur: Iactet suam virgulam Circe, qu
socios Ulyssis in sues commutâsse traditur, formaeq pristinae rursum restituisse: Ia
ctet suam virgulam Ianus bifrons ille moechus, quam in compensationem surrepta
virginitatis dono dedit Cranae Virgini,

A foribus posset tristes ut pellere noxas.

Ego interim meam hanc jacto virgam, quippe quae una est, vi cujus ex orco anim
educere valeo: Unde et ψυχοπομπος dici merui. Id quod vel ex unico Hora
loco videre licet, qui me his alicubi compellat verbis!

Tu pias laetis animas reponis
Sedibus, virgaq levem coërces
Aureâ turbam.

Quid ergò? Experimentum dabo rei hujus! Vos sanè mox videbitis Crispum Sal
stium, virgâ meâ excitatum, prodire ex orco: Audietis eundem de se, Scriptis
suis brevi ac nervosâ dictione disserentem. Sic jam nunc terram quatiens tenth
meâ virgâ orci pulso fores, et evoco hunc, quem volo: Heus, heus, heus Crisp
Sallusti, huc prodi: Prodi in Eloquentiae Theatrum hoc, nec ullam tibi à Charont
moram injici sine. Prodi, repetò, et vitae tuae curriculum Spectatoribus hisce
recense, ut norint, undè Actus hodiernus dici mereatur Sallustianus. Quid
cessas? Ocyus te move, et quodam quasi Pegaseo volatu huc adesto. Sed st.
Ab orco ille nunc cum strepitu huc advenit: Manu producam ego illunc adveni
entem ab Inferis.

En nunc vobis, Μουσόφιλοι, qui pace vestra advenit, et Conjurationis
tilinariae, belliq Iugurthini Historiam ad vos affert, Crispum Sallustium.
lete, et animum omnes ad ea, quae loquetur, advortite!

Erdmann Friedrich
Berger
Sorâ-Lus.